

Ex Regest. in
Secret. Brev.

Commissio A. C. absolvendi Decanum, Canonicos, & Capitulum Ecclesie Hispanen. a censuris ob recursum eorum nomine, sine tamen ullo ad id mandato, alias factum ad Judices laicos.

Dilecto filio Magistro Francisco Maria Gbiflerio Cappellano nostro Caesarum Sacri Palatii Apostolici Auditori.

URBANUS PAPA OCTAVUS

Dilecte fili salutem, & apostolicam benedictionem.

Series facti.

§.1. Nuper pro parte dilectorum filiorum Decani, Canonicorum, & Capituli Ecclesie Hispanen. Nobis expositum fuit, quod ad ipsos ex antiquissima, & immemorabili consuetudine jus percipiendi decimas ex fructibus omnium, & singulorum praediorum, quae intra fines Dioecesis Hispanen. possidentur a Praebendatis dictae Ecclesiae, praesertim vero quorundam vicinarum, & aliorum bonorum per dilectum filium Odoardum Pereira dictae Ecclesiae Canonicum in termino loci de Camas, & Villa S. Pontii dictae Dioecesis possessorem, spectat, & pertinet; Prior vero, & Conventus Sancti Isidori Ordinis Sancti Hieronymi prope, & extra muros Civitatis Hispanen. praetendentes dicta bona in suo districtu sita existere, sibi que non autem Capitulo hujusmodi illorum decimas deberi, item desuper coram dilecto filio nostro, & Sedis Apostolicae in Regnis Hispaniarum, Nuncio commorante introduxerunt, a quo cum praefatas decimas ad Priorem, & Conventum hujusmodi pertinere declaratum, & a dicta declaratione ab alia parte appellatum fuisset, quidam Franciscus Suarez Arguello usus nomine ipsorum exponentium, nullo tamen eorum legitimo mandato ad id suffultus, comparens in Regio Consilio petiit ordinari eidem Nuncio, ut appellationem sic, ut praesertur, interpositam admitteret, ac omnia gesta revocaret; Consilium vero cum mandasset hoc dilecto filio Ignatio Velasco dicti Nuncii Notario notificari, viso processu, dictus Ignatius dixit, ipsum Nuncium vim non inferre; habitaque notitia per ipsos exponentes de hujusmodi recursum, ab illis improbatum fuit.

Capitulifra-
len. peticio.

§.2. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat dicti exponentes, licet existiment, se nullo ad id ab eis dato mandato in censuras ecclesiasticas nullatenus incidisse, nihilominus ad omnem dubitandi materiam e medio removendam, ac ut ipsi jura sua in Sacro Rotae Romanae Auditorio, in quo lis hujusmodi coram te pendet indecisa, promoveri valeant; Nobis humiliter supplicari fecerunt, ut eis in praemissis de opportuno absolutionis beneficio ob recursum praefatum providere de benignitate apostolica dignaremur.

§.3. Nos igitur eosdem exponentes specialibus favoribus, & gratis prosequi volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis, a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatae existunt, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, tibi per praesentes committimus, & mandamus, quatenus confito tibi legitime de praemissis, eosdem exponentes, & eorum singulos, si hoc a te humiliter petierint, imposita ipsis propter praemissa arbitrio tuo aliqua poenitentia salutari, renunciatoque prius per eos quibuscumque recursum, & attentatis coram quibuscumque Judicibus laicis desuper quomodolibet factis, a quibus censuris, & poenis ecclesiasticis per eos quomodolibet forsitan incursum, auctoritate nostra ad cautelam absolvas, & totaliter liberes, distasque poenas illis, & eorum singulis gratiose remittas, & condones.

§.4. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac quatenus opus sit, dictae Ecclesiae, etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die quinta Julii 1638. Pontificatus nostri Anno Decimoquinto.

Commissio, de qua in rubrica.

Derogatio contrariorum

Dat. die 5. Julii 1638. An. XV.

DLXXVI.

Congregationis Sancti Joannis Dei Conventus, & Hospitalia, in quibus sunt duodecim Religiosi ab Episcoporum jurisdictione eximuntur.

URBANUS PAPA OCTAVUS

Ad futuram rei memoriam.

§.1. Cum, sicut dilectus filius Angelicus Rampulla Congregationis Joannis Dei Procurator Generalis Nobis nuper exponi fecit, per quandam felicis recordationis Pauli Quinti prohibeatur expresse, ne plures ad habitum, & professionem per Fratres dictae Congregationis suscipi, & emitti solitam admittantur, quam infirmorum, & miserabilium personarum necessitas exigat.

§.2. Ac per aliam Constitutionem Pii etiam Quinti Romanorum Pontificum, Praedecessorum nostrorum statuatur, ut quidquid Congregationis hujusmodi Fratres acquirunt, non sibi, exceptis dumtaxat victu, & vestitu, sed pauperibus infirmis, & Hospitalibus, ad quorum servitium particulari instituto, ac voto ob-

Et Plus Quintus bonus acquiri per hos Fratres non sibi sed infirmis.

Ex Regest. in Secret. Brev.

Procur. Gen. petit declarari eos non comprehendi Decreto, quod latum fuit anno 1625.

Urbanus ab Episcoporum Jurisdictione eximit Conventus, ubi sunt 12. Religiosi.

stringuntur, acquirant, indeque pateat dictam Congregationem non parum ab aliis Religionibus circa libertatem, & facultatem, duodecim Religiosos in singulis ejus Conventibus, & Hospitalibus deputandi differre.

§.3. Nobis propterea dictus Angelicus humiliter supplicari fecit, ut praefatam Congregationem minime comprehensam esse sub decreto, auctoritate nostra, hac de re die 21. Junii 1625. inter decreta de celebratione §. deinceps edito declarare, ac alias, ut infra, indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

§.4. Nos igitur eundem Angelicum Procuratorem Generalem specialibus favoribus, & gratis prosequi volentes, & a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatas existunt, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, de Venerabilium Fratrum nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium negotiis regularium praepositorum consilio, apostolica auctoritate, tenore praesentium declaramus, & decernimus, ut quoad dictae Congregationis Conventus, & Hospitalia, in quibus erunt duodecim Religiosi, Episcopi nullatenus se ingerant, & quoad illos Conventus, seu Hospitalia, in quibus erit minor Religiosorum numerus, iidem Episcopi possint insinul cum Provinciali, vel alio majori ejusdem Congregationis Superiore, ad revisionem computorum administrationis eorundem Hospitalium procedere, ita tamen, ut contra personas in nihilo profusus se immisceant.

Contrariis derogat.

§.5. Non obstantibus praefato Decreto, ac quibusvis aliis Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis super numero Religiosorum in quolibet Monasterio, aut Conventu constituendo, ac quatenus opus sit, dictae Congregationis, etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die nona Julii 1638. Pontificatus nostri Anno Decimoquinto.

Dat. die 9. Julii 1638. An. XV.

Superioribus Fratrum Ordinis Sancti Francisci de Observantia Provinciae Aquitaniae antiquioris facultas datur Literas Dimissoriales suis Religiosis ad Sacros Ordines promovendis concedendi.

URBANUS PAPA OCTAVUS

Ad futuram rei memoriam.

Exponi Nobis nuper fecit dilectus filius Joannes Jourdain Fratrum Ordinis Minorum Sancti Francisci Strictioris Observantiae Provinciae Aquitaniae antiquioris Minister Provincialis, quod licet Religiosi a Dioecesanorum jurisdictione exempti absque illorum dimissorialibus literis a quibusvis locorum ordinariis cum solis testimonialibus suorum Superiorum literis ad omnes etiam Sacros, & Presbyteratus ordines promoveri possint, nihilominus tamen nonnulli Episcopi in illis partibus praefatos Religiosos absque dictis dimissorialibus literis Episcoporum ad dictos Ordines promoveri dubitant, & differunt.

Causae concedendi in liti.

§.2. Quare dictus Exponens Nobis humiliter supplicari fecit, ut dictos Religiosos cum solis testimonialibus literis suorum Superiorum Regularium absque dimissorialibus Episcoporum literis nullo alias illis obstante impedimento, ad dictos Ordines promoveri posse decernere de benignitate apostolica dignaremur.

Petitio Procuratoris Generalis.

§.3. Nos igitur eundem Exponentem specialibus favoribus, & gratis prosequi volentes, & a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis, a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, de Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis Episcoporum, & Regularium praepositorum consilio, tenore praesentium decernimus, & declaramus posse Superiores regulares suis sudditis iidem regularibus, qui requisitis praedicti qualitatibus ad ordines promoveri voluerint, literas dimissorias concedere ad eum tamen Dioecesanum illius Monasterii, ubi regulares ordinandi ab his, ad quos spectat, collocati fuerint. Quo Dioecetano absente, vel ordinationes non habituro, ad quemcumque alium Episcopum, si tamen studioso, & de industria concessionem dimissorialium literarum hujusmodi in tempus, quo Dioecesanus Episcopus, vel abfuturus, vel nullas esset ordinationes habiturus, non distulerint. Ordinandi vero ab Episcopo illos ordinaturo, quo ad doctrinam, examinentur; Hoc etiam servato, ut cum a Superioribus Regularibus, Episcopo Dioecetano absente, vel ordinationes non habente literae dimissoriales dantur,

Concessio, de qua in Rubr.

buntur, in literis hujusmodi, utique dicte absentiae, vel ordinationum a dicto Dicesano non habendarum causa exprimat: quod qui facere neglexerint, officii, dignitatisque, ac vocis activae, & passivae privationis poenam incurrant eo ipso.

Derogatio contrariorum

§.4. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac Ordinis, & Provinciae hujusmodi, etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis apostolicis, in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores praesentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanentibus, ad praemissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque.

Dat. die 17. Julii 1638. An.XV.

Datum Romae apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die decima septima Julii 1638. Pontificatus nostri Anno XV.

CLXXVIII.

Prohibitio extrahendi libros ex Bibliothecis Conventuum Fratrum Cappuccinorum ubique existentium, cum facultate Superioribus commutandi inutiles per Syndicos.

URBANUS PAPA OCTAVUS

Ad futuram rei memoriam.

Motiva.

Conservationi, & manutentioni Bibliothecarum singularum domorum ubique existentium Fratrum Ordinis Minorum Sancti Francisci Cappuccinorum nuncupatorum, quantum cum Domino possumus, benigne consulere, earumdemque domorum Guardianos, & Fratres specialibus favoribus, & gratis prosequi volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatae existunt, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, supplicationibus dilecti filii moderni dicti Ordinis Procuratoris Generalis Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati;

Mandat prout in Rubrica.

§.1. Ne de caetero quiquam quavis auctoritate fungentes libros, quinterna, folia, sive impressa, sive manuscripta dictis Bibliothecis per quoscumque Christianos fideles haecenus quomodolibet donata, & assignanda, ex eis extrahere, sive ut extrahantur, permittere, sub quovis quavis colore, causa, praetextu, vel occasione audeant, seu

presumant, sub excommunicationis, ac privationis vocis activae, & passivae poenis per contrafacientes incurrendis, apostolica auctoritate, tenore praesentium interdicimus, & prohibemus. Permittimus tamen Provincialibus, & Definitoribus dicti Ordinis conjunctim procedentibus, ut per eorum Syndicos earumdem Bibliothecarum libros dicto Ordini inutiles cum aliis utilibus, de licentia tamen illorum, qui eosdem libros, ut praefertur, donaverint, aut eorum heredum, si extiterint, permutare. Superioribus autem singularum hujusmodi Domorum, ut libros, quinterna, & folia hujusmodi, etiam e dictis Bibliothecis pro usu Verbi Dei Praedicatorum dicti Ordinis, qui in Civitatibus, Oppidis, Terris, Castris, & locis, in quibus dicta Domus existunt, vel existent, aut aliis locis ejusdem Dioecesis, vel non multum distantibus praedicabunt, extrahere, ac Fratres Domorum Regularium hujusmodi, ut illa studendi causa ad suas cellas deferre valeant, dummodo in libro ad id in Bibliothecis hujusmodi parato nomina sua, & librorum, seu quinternorum, ac foliorum hujusmodi, quae sumpsissent, annotent, ac postquam dicti Praedicatores, & Fratres illis usi fuerint, illa illico ad dictas Bibliothecas sub eisdem poenis reportent, concedere possint.

Contrariis derogat.

§.2. Non obstantibus quibusvis Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac Domorum, & Ordinis hujusmodi, etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, caeterisque contrariis quibuscumque.

§.3. Volumus autem, quod praesentis prohibitionis copia in valvis singularum, dictarum Bibliothecarum, aut aliis perspicuis locis, unde ab omnibus commode cerni possint, continuo affixa remaneant. Quodque praesentium transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personae in dignitate ecclesiastica constitutae munitis, eadem prorsus ubique fides in judicio, & extra adhibeatur, quae ipsis praesentibus adhiberetur, si forent exhibitae, vel ostensa.

Dat. die 29. Julii 1638. An.XV.

Datum Romae apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die vigesima nona Julii 1638. Pontificatus nostri Anno Decimoquinto.

Facul-

DLXXIX.

Ex Regest. in Secret. Breve.

Facultas Regimini Civitatis Bononienae continuandi Gabellas, unam scilicet quatuor solidorum pro qualibet libra ferici exteri, & aliam decem solidorum pro qualibet libra ferici duplicis, durantibus octo annis proxime futuris ad effectum solvendi res alienum a Camera dictae Civitatis contractum.

URBANUS PAPA OCTAVUS

Ad futuram rei memoriam.

Refert datam alias a se facultatem imponendi duo vestigalia.

§.1. Alias Nobis emanarunt literae tenoris subsequentis videlicet: Urbanus Papa VIII. Ad futuram rei memoriam. Alias ferre: Paulus &c. Subinde vero pro parte dilectorum filiorum regiminis d. Civitatis per dilectum filium Joannem Baptistam de Sancto Petro tunc existentem ejusdem Civitatis apud Nos Oratorem. Nobis denuo exposito, quod ipsi occasione expensarum, quas in hospitandis Sedis Apostolicae Militibus tam alias in Vallem Tulinam, quam postmodum pro fabrica propugnaculi, seu Fortalitii Urbani nuncupati iussu nostro missis facere coacti fuerant, res alienum pro summa centum, & nonaginta trium millium, ac octingentarum, & octuaginta octo librarum monetae Bononienae circiter contraxerant, ex eoque per totum mensem Martii tunc proximum pro summa centum, & triginta millium, ac noningentarum, & nonaginta octo librarum similium circiter debitores remanebant, & propterea quo res alienum contractum hujusmodi, & deinceps causa hospitalitatis Militum eorumdem durante contrahendum extingueri, fructusque ratione illarum portionum, quas alias de licentia nostra ad intersursum acceperant, solvere valerent, duo Datia, & duas Gabellas hujusmodi ad aliud Nobis beneficium tempus continuare posse plurimum desiderabant. Nos regimini praedictis, quod duo datia, seu duas Gabellas hujusmodi, ac quodlibet illorum, seu illarum ad octo annos tunc proxime futuros tantum continuare libere, & licite, & absque ullo conscientiae scrupulo, ac censurarum, & poenarum praefatarum incurfu possent, & valerent, apostolica auctoritate facultatem concessimus, & impertiti sumus, & alias, prout in nostris in simili forma Brevis desuper expeditis Literis, quarum tenores praesentibus haberi volumus pro expressis, plenius continetur.

Et causis ex continuatione.

§.2. Cum autem, sicut iidem Regimen Nobis denuo exponi fecerunt, Camera dictae Civitatis pecuniis nedum exhaustissima, sed etiam gravi aere alieno obstricta reperiat, & propterea, quo res alienum hujusmodi extingueri, & depositariis montium dictae Civitatis creditoribus satisfacere valeant, sibi per Nos, ut infra

opportune provideri summo opere desiderant.

§.3. Nos regimini hujusmodi de aliquo subventionis auxilio in praemissis opportune providere, illosque specialibus favoribus, & gratis prosequi volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatae existunt, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, supplicationibus illorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, Regimini praefatis, quod duo Datia, seu Gabellas hujusmodi, ac quodlibet illorum, seu illarum ad octo annos proxime futuros tantum, comprehensis tamen in dicto tempore pecuniis a fine prima concessionis haecenus exactis, continuare, pecuniisque tam exactas, quam exigendas hujusmodi in praefati aeris alieni dissolutionem, & satisfactionem praefatis Depositariis faciendam convertere, & erogare libere, & licite, & absque ullo conscientiae scrupulo, ac censurarum, & poenarum praefatarum incurfu possint, & valeant, apostolica auctoritate, tenore praesentium facultatem concedimus, & impertimur.

Concedit facultatem per octennium.

§.4. Non obstantibus Apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque Conciliis editis generalibus, vel specialibus Constitutionibus, & Ordinationibus, ac quibusvis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & Literis Apostolicis, in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores praesentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanentibus, ad praemissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque.

Obstantibus derogat.

Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die tertia Augusti 1638. Pontificatus nostri Anno Decimoquinto.

Dat. die 3. Augusti 1638. An.XV.

Facul-

DLXXX.

Facultas alienandi usque ad summam ducentorum, & quinquaginta millium scutorum monetæ, necnon reducendi annuos Censur ad minus interusurium, concessa Congregationi Cassinensi, cum declaratione, quod pro huiusmodi alienatione non requiritur licentia Protectoris.

De istorum Monachorum Congregatione notavi ad Constitut. CDIV. Sancta Mater. Tom. VI. Par. I. fol. 316. Et ad Constitut. DXXXVI. Exponi Nobis, ut Supr. fol. 102. Et demum ad Constitut. DLXXXI. fol. 140.

URBANUS PAPA OCTAVUS

Ad futuram rei memoriam.

Referat Conf. alias ediam.

Alia a Nobis emanarunt literæ tenoris subsequenti, videlicet: Urbanus Papa VIII. Ad futuram rei memoriam. Exponi Nobis nuper fecit dilectus filius modernus Procurator Monachorum Congregationis Cassinensis Ordinis Sancti Benedicti, prædictæ Congregationis, illiusque regiminis nomine, quod ob malas temporum conditiones damna, detrimenta, atque incommoda per eandem Congregationem accepta ratione bellorum, incursum militum, & destructionis adificiorum in bonis eiusdem Congregationis, necnon rapinas, ablationesque animalium, aliasque extraordinarias calamitates, quæ bona ex parte eiusdem Congregationis prædia inculta reddiderunt, necnon graves solutiones, quæ pro summa quadraginta trium circiter millium scutorum quotannis per dictum Procuratorem fiunt, ratione diversorum subsidiarum Sedis Apostolicæ, Monasteria dictæ Congregationis ob defectum suorum reddituum ad præsens sunt adeo oppressa, ut illorum nonnulla jam ruinis everta, & se sublevare impotentia reddita sint, aliis vero eadem ruina impendat, nisi illis de opportuno subventionis auxilio per Nos provideatur, prout alias per Rom. Pont. Prædeces. nostros Monasteriis huiusmodi fuit in similibus occasionibus provisum, & præsertim per Pium V. qui similes, & forsitan minus urgentes ob causas per quasdam suas sub die 19. Martii 1570. duodecim Congregationibus Regularium tunc expressis bona stabilia pro summa quadringentorum millium scutorum auri, quorum centum, & triginta millia dictæ Congreg. Cassinensi pro sua rata obtigerunt, & postmodum, quia summa huiusmodi non sufficiebat, per alias suas sub die 5. Octobris 1571. in simili forma Brevi respective expeditas literas eidem Congregationi Cassinensi bona stabilia pro alia summa quinquaginta millium scutorum aureorum vendendi facultatem respective concessit, eoque modo damnis, & periculis Monasteriis dictæ Congregationis tunc temporis imminentiibus opportune occursum fuisse,

eademque Monasteria notabilem exinde subventionem perceperisse, experientia comprobatur est.

§.1. Nobis propterea dictus Procurator, quo supra nomine humiliter supplicari fecit, ut in præmissis opportune providere, & aliis ut infra indulgere de benignitate apostolica dignemur. Nos igitur dictæ Congregationis, & illius Monasteriorum indemnitati, quantum cum Domino possumus, consulere, eaque specialibus favoribus, & gratis prosequi volentes, ac illorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodate existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes; huiusmodi supplicationibus inclinati, necnon prædictarum dicti Pii V. Prædeces. literarum tenores præsentibus pro expressis habentes, Abbatibus Monasteriorum dictæ Congregationis, quæ prædictis, & aliis majoribus necessitatibus ad præsens gravata reperiuntur, ut cum approbatione tamen dilecti filii nostri Francisci Sancti Laurentii in Damasco Diaconi Cardinalis Barberini nuncupati, S. R. E. Vice-Cancellarii, nostri secundum carnem ex fratre germano nepotis, ac prædictæ Congregationis apud Nos, & Apostolicam Sedem Protectoris, ac licentia Regiminis dictæ Congregationis, ea prædictæ Congregationis bona stabilia, quæ pro liberanda ab arte alieno Congregatione prædicta; re-stauracionibusque necessariis, & utilibus in eius bonis faciendis magis opportuna fuerint iudicata, usque ad summam in totum ducentorum, & quinquaginta millium scutorum monetæ, quibusvis personis meliorem conditionem offerentibus, servatisque modis, & formis in prædictis Pii V. Prædeces. nostri literis contentis, & juxta illarum tenores, & continentias vendere, distrahere, atque alienare, sive in emphyteusim dare, necnon census annuos super ipsius Congregationis bonis stabilibus de licentia Sedis Apostolicæ impositos cum pecuniis ad minorem rationem pro quolibet centenario, & anno, sive minori interusurio obnoxii, super eodem fundo accipiendis, & cum conditionibus in priori instrumento apposis redimere; ita tamen ut præsentibus aliis eiusdem Congregationis Monasteriis minime suffragentur, quam iis dumtaxat, quæ ad onerum per Sedem Apostolicam impositorum debitam solutionem integre concurrerunt, & concurrunt, libere, & licite possint, & valeant, auctoritate apostolica, tenore præsentium concedimus, & indulgemus.

§.2. Non obstantibus fel. rec. Pauli Pape II. etiam Prædeces. nostri de rebus Ecclesiæ non alienandis, aliisque Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon Congregationis, Ordinis, & Monasteriorum prædictorum, etiam juramento,

DLXXXI.

Facultas Magno Magistro Hospitalis Sancti Joannis Hierosolymitani imponendi gabellam in Insula Melevitana pro extinctione aris alieni contracti ob Annone inopiam.

Ex Regest. in Secret. Brevi

Dilecto filio Magno Magistro Hospitalis S. Joannis Hierosolymitani.

URBANUS PAPA OCTAVUS

Dilecte fili salutem, & apostolicam benedictionem.

§.1. Nuper pro parte dilectorum filiorum Juratorum Universitatis, & hominum Insule Melevitane Nobis expositum fuit, quod ipsi ob penuriam rei frumentarie eorum curæ, & administrationi commissæ, quæ superioribus annis dicta Insula laboravit, coacti fuerunt, eo quia ordinarias frumenti extractiones e Regno Siciliæ tunc graviore Annone difficultate pressò obtinere minime potuerunt, frumentum sibi e remotis partibus quærere, seu comparare; cujus frumenti in dictam Insulam importari salma ultra malam illius conditionem ob locorum distantiam, penuriosa tempora, lucra pecuniarum, fideiussiones, cambia, & recambia monetarum, aliaque interusuria ad summam octodecim scutorum ascendit. Unde tu provide considerans, quod frumentum huiusmodi in dies deterius evadebat, illudque brevi projiciendum erat, habita ratione dispendii populorum dictæ Insule, præsertim vero pauperiorum, mandasti, ut frumentum prædictum, quam citissime partim commodioribus dictæ Insule personis pro eodem pretio octodecim scutorum, partim aliis ad rationem duodecim; residuum vero, quod interim vitiatum, & corruptum erat, ad rationem octo scutorum similibus pro qualibet salma distribueretur: quod non parum populos dictæ Insule sublevavit, damno tamen interim ipsis Universitati, & Hominibus ratione diversitatis pretiorum huiusmodi fuit: qui cum ex pecuniis mercatorum mediante interusurio, seu beneficio duorum tarenorum pro quolibet scuto pretium frumenti huiusmodi illius venditoribus solverint, eorumdem mercatorum non solum in jactura pretiorum, sed etiam lucrorum, de-

Causas imponenda novæ taxæ referat.

to, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, cæterisque omnibus, quæ dictus Pius V. Prædeces. noster in præfatis suis literis voluit non obitare, & aliis contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 19. Junii 1637. Pontificatus nostri Anno XV.

Procuratoris Gen. petitio.

§.1. Cum autem, sicut idem Procurator Generalis Nobis nuper exponi fecit, a quamplurimis, præsertim vero a census super bonis eiusdem Congregat. juxta tenorem præfatarum literarum imponendos emere volentibus dubitetur, an pro imponendis censibus, huiusmodi dicti Francisci Cardinalis Protectoris huiusmodi approbatio, & regiminis prædicti licentia sint necessaria: Nobis propterea dictus Procurator Generalis humiliter supplicari fecit, ut in præmissis opportune declarationis nostre ministerio providere de benignitate apostolica dignemur.

Facultas, de qua in rubric.

§.2. Nos igitur dictæ Congregationis, & illius Monasteriorum indemnitati per amplius consultum cupientes, illasque specialibus favoribus, & gratis prosequi volentes, ac illorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodate existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, huiusmodi supplicationibus inclinati, quod in vim præfatarum nostrarum Literarum Abbatibus Monasteriorum dictæ Congregationis intelligatur, intelligique debeat absque alia licentia, & approbatione concessa facultas super eorum, & dictæ Congregationis Monasteriorum bonis stabilibus novos, annuos, & redimibiles census juxta formam Constitutionis præfati Pii Prædeces. imponendi, ad effectum census annuos super ipsius Congregationis bonis stabilibus alias de Sedis Apostolicæ licentia impositos, cum pecuniis novorum censuum huiusmodi, ad minorem tamen rationem pro quolibet centenario, & anno, sive minori interusurio obnoxii, super eodem fundo, & non aliis accipiendis, servata in reliquis earundem Literarum forma redimendi, apostolica auctoritate, tenore præsentium decernimus, & declaramus.

Derogatio contrariorum

§.3. Non obstantibus fel. record. Pauli Pape II. etiam Prædeces. nostri de rebus Ecclesiæ non alienandis, aliisque Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon Congregationis, Ordinis, & Monasteriorum prædictorum, etiam juramento, confirmatione apostolica, vel alia quavis firmitate roboratis statutis, & consuetudinibus, cæterisque omnibus, quæ dictus Pius Prædeces. voluit in prædictis suis, & Nos in nostris volumus non obitare, cæterisque contrariis quibuscumque.

§.4. Volumus autem, ut novorum censuum Bull. Rom. Tom. VI. Par. II.

bitores remanent, quinimo oportuit ipsos notabilem pecuniarum summam mercatoribus praedictis, ne a negociatione rei frumentariae maxime illis penuriosis temporibus, & ex aliis causis deterrerentur, solvere. Quapropter cum praedicti Universitas, & Homines, nec bona propria, nec pecunia, nec alios effectus nisi pauca possideant, illaque in reparationem certarum fabricarum destinata existant, nec aliis sumptibus, quos necessario facere tenentur, sufficiant; Nobis idcirco humiliter supplicari fecerunt praedicti Exponentes, ut sibi in praemissis per aliquam taxam super rebus comestibilibus impositionem, ut infra, providere de benignitate apostolica dignemur.

Facultatem M. Magistro illam imponendi concedit.

§.2. Nos igitur eosdem specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatae existunt, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, tibi, ut pro hac vice tantum, non tamen quoad Ecclesias, & personas ecclesiasticas, unam taxam, sive gabellam in praedicta Insula nedum super re frumentaria, sed etiam super vino, oleo, & omnibus aliis rebus comestibilibus vendendis, & emendis exigendam duraturam donec, & quousque praedicti Universitas, & Homines summam viginti sex millium circiter scutorum exinde perceperint, quam mercatoribus creditoribus suis debite, & integre satisfiat, imponere libere, & licite possis, & valeas, apostolica auctoritate, tenore praesentium facultatem concedimus, & impertimur.

Obstantibus derogat.

§.3. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, distique Hospitalis, etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis capitularibus, privilegiis quoque, indultis, & Literis Apostolicis, in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores praesentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanentibus, ad praemissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Dat. die 16. Augusti 1638. An. XVI.

Datum Romae apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 16. Augusti 1638. Pontificatus nostri Anno XVI.

Confirmatio Reductionis Monasteriorum Ordinis Sancti Salvatoris, seu Sanctae Birgittae Belgii in unam Congregationem &c.

Ex Regest. in Secret. Breu.

URBANUS PAPA OCTAVUS

Ad futuram rei memoriam.

§.1. Nuper pro parte dilectorum filiorum Superiorum Congregationis Sancti Salvatoris, alias Sanctae Birgittae in Belgio, Nobis expositum fuit, quod alias sel. rec. Clemens PP. VIII. Praedecessor noster supplicationibus quondam Habbellae Clarae Eugeniae Hispaniarum Infantis, & Principissae Belgii inclinatus, tunc, & pro tempore existenti Sedis Apostolicae Nuncio in Germania inferioris partibus commoranti, ut in singulis locis Provinciae Belgii, Ordinariis vero locorum Provinciae hujusmodi, ut singuli in suis Civitatibus, & Dioecibus Monasteria, & alia Regularia loca Ordinis, seu Instituti Sancti Salvatoris alias Sanctae Birgittae tam Virorum, quam Mulierum, servata Sacrorum Canonum, & Conciliorum Generalium forma, fundare, erigere, atque instituire, necnon Statuta, & Regulas pro felici eorum directione, & regimine condere, illisque prescribere libere, & licite valerent, concessit, & indulgit.

Clemens VIII. Monasteria Cong. S. Salvatoris in Belgio fundati curat.

§.2. Et subinde similis rec. Gregorius Papa XV. etiam Praedecessor noster supplicationibus Superiorum dictae Congregationis inclinatus, Regulas, & Statuta hujusmodi confirmavit, & approbavit, distique Regulis, & Statutis ab omnibus dictae Congregationis, seu Ordinis personis receptis, Institutum Congregationis, seu Ordinis hujusmodi in illis partibus valde propagatum non sine spe majoris futuri incrementi fuit.

Statutaque Cong. ejusdem confirmat Gregor. XV.

§.3. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, Ordinis, seu Congregationis hujusmodi Superiores Monasteria vigore concessionis, & indulti Clementis Praedecessoris praedicti creata, & instituta in unam Congregationem reducerint, ac in eisdem Congregationis, illiusque Monasteriorum Visitatorem Generalem dilectum filium Riccardum Paulum Stranium Archidiaconum Attrebatensem, utpote de dicti Ordinis Instituto optime informatum, deputaverunt; Ut vero reductio, & deputatio hujusmodi firmiter subsistant, dicti Superiores illos apostolicae nostrae confirmationis praesidio communiri summopere desiderant.

Postea vero Superiores dicti supra dicta omnia Monasteria reducerunt in unam corpus, Visitatoremque Gener. elegerunt.

Quam reductionem, & electionem per tunc confirmavit.

§.4. Nos eosdem exponentes specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatae existunt, ad effectum

Pontifex confirmat.

etum praesentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutos fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, de Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis Episcoporum, & Regularium praepositorum consilio, reductionem Monasteriorum hujusmodi in unam Congregationem, nec non deputationem dicti Riccardi Pauli in Visitatorem Generalem dictae Congregationis, ut praefertur, factas, apostolica auctoritate, tenore praesentium confirmamus, & approbamus, illique inviolabilis, apostolicae firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & singulos tam juris, quam facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus.

Ac Riccardi Paulum Archidiaconum Attrebatensem in Capitulis Generalibus dicti Ordinis Praefectum instituit. Ipso autem vi. functo Abbatem Generale eligi permittit.

Congreg. ab ordinariis Jurisdictione eximit.

Clausulas apponit.

Contraria tollit.

Dat. die 17. Augusti 1638. An. XVI.

§.5. Ac ut primo, & proxime celebrando Capitulo Generali dictae Congregationis dictus Riccardus Paulus praesse, illudque singulis triennium celebrari, seu convocari; Idem vero Riccardus Paulus Capitulo Generali hujusmodi quocumque celebrando quoad vixerit, ipso autem vita functo, Abbas Generalis dictae Congregationis canonice tamen electus, seu eligendus, praesse possint, & debeant, concedimus, & indulgemus.

§.6. Ac insuper dictae Congregationis Superiores, & Religiosos, illiusque Monasteria, & membra a jurisdictione Ordinariarum locorum, praeterquam in casibus a Concilio Tridentino exceptis, & expressis, penitus, & omnino eximimus, & liberamus.

§.7. Decernentes praesentes literas validas, firmas, & efficaces existere, & fore, suisque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, & ab omnibus, & singulis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, inviolabiliter observari. Sicque per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & defini debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam, quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.8. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac Congregationis, & Monasteriorum hujusmodi, etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & Literis Apostolicis, in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores praesentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo insertis habentes, illis alias in suo robore permanentibus, ad praemissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die decima septima Augusti 1638. Pontificatus nostri Anno XVI.

Quod Fratres Strictioris Observantiae Sancti Francisci Provinciae Principatus non erigant Conventum in Civitate Neapolitana, sed observent concordiam jam factam.

URBANUS PAPA OCTAVUS

Ad futuram rei memoriam.

Christi Salvatoris nostri, qui charitas est, & Deus pacis, vices meritis licet imparibus gerentes in terris his, quae pro bono pacis inter Christianos quoslibet, & praesertim Altissimo sub suavi religionis jugo, & arctioris vitae disciplina famulantes concorditer facta fuisse dicuntur, ut firma, & illibata persistant, libenter, cum a Nobis petitur, apostolici munimenis adjicimus firmitatem.

Proemium.

§.1. Exponi siquidem Nobis nuper fecit dilectus filius Joannes de Neapoli Ordinis Fratrum Minorum Reformatorum Sancti Francisci nuncupat. Provinciae Terrae Laboris Professor, quod vertente quadam inter Patres Custodiae Terrae Laboris, & Custodiae Principatus dicti Ordinis controversia, Patres praedicti devenerunt ad concordiam tenore subsequenti, videlicet. Ad omnem sedendam, tollendamque controversiam, quae inter Patres Custodiae Terrae Laboris, & Patres Custodiae Principatus versatur, in hoc omnes unanimis conveniunt, ut Patres Reformationis Principatus desisterent a lite, & praesensione Conventus in Civitate Neapolitana construendi, sive jam constructi petendi, Patresque Terrae Laboris tria infra scripta executioni mandarent. Et primo, ut quoties aegroti Custodiae Principatus pro infirmitatibus insolitis, & alibi curari non valentibus, praecipue ob indigentiam remedium Puteoli Neapolim perveniunt, charitative a Fratribus Terrae Laboris recipiantur, ac juxta Seraphici Patris mandatum eis inserviat, sicut vellent sibi serviri. Secundo vero, ut quoties pro necessariis, & honestis negotiis Fratres Principatus Neapolim confugiant, ab ipsis tractandis minime impediatur, sed potius eis favent, & tandem quoties pro eisdem Custodiae occurrentibus negotiis eandem Civitatem Neapolitanam adeunt, juxta Reformatorum consuetum morem, Patrumque gradus, & conditiones, de cella ceterisque hospitibus necessariis, benigne provideatur, ac si propriae Custodiae Fratres, ac filii essent; & ne ob concurrentium Fratrum multitudinem confusio, ac hospitandi impossibilitati detur locus, Custos pro tempore Reformationis Principatus sit circumspexit, ne plures, quam deceat, simul Neapolim Fratres mittat. Ego Frater Laurentius a Monte Corvino Custos Reformationis Provinciae Principatus confirmo, ut supra. Ego Frater Marcellus a Summa a Patre Custode, & a Patribus

Capitula concordiae observanda.